

## Folium lxxvi

76

Vicino sibi cellam collocavit Die quadam predicti sacerdotis oculos do-  
minus aperuit interiores et corporalibus euidenter aspexit qualiter angeli  
supra predictum locum in quo maria magdalena morabatur celitus descē-  
debant et eam in ethera subleuabant. et post hore spacium eundem locum  
diuinis laudibus repetebant. Volens igitur sacerdos admirabilis vis-  
sionis veritatem agnoscere creatori suo precibus se comendans deuotus  
ad locum properabat. cum ad vnus lapidis iactum propinquaret inuas-  
sit eum timor et cruxa ipsius inceperunt trepidare. ita quod maxime perter-  
ritus erat. ipse autem intellexit hoc factum esse sacramentum celeste.  
Inuocato igitur deo et diuino auxilio clamauit ad eam. Adiuuro te p deū  
si sis rationalis creatura que in spelunca habitas vt mihi respondeas. cui  
maria magdalena dixit. quia sic adiuurasti me. accede propius vt scias ve-  
ritatem. Longe accessisset ait ad eum maria. meministi ne ex euangelio de  
maria peccatrice que ad pedes domini peccatorum suorum veniam pro-  
meruit. Cui sacerdos respondit. memini. et triginta sunt anni reuoluti.  
Dicit maria Ego sum illa et per tot annos omnibus hominibus inco-  
gnita illum locum incolui Sed modo a deo mihi reuelatum est quod sum mos-  
ritura. dic ergo Maximiano episcopo. prima die resurrectionis domini  
te oratorum solus ingrediatur ibi me inueniet. sacerdos autem beatus ma-  
ximianum adijt. et ei omnia per ordinem enarrauit. Sanctus ergo Ma-  
ximianus illa die oratorium suum ingressus est et vidit beatam mariam  
magdalenam in choro orantem cum multitudine angelorum. et ad eam  
accedere non audebat Ipsa conuersa dixit ad eum Accede propius pas-  
ter. ne fugias filiam tuam. Conuocato igitur vniuerso clero cum sacer-  
dote predicto corpus et sanguinem iesu christi beate marie magdalene de-  
dit que cum lacrimis accepit. Deinde maria magdalena seipam ante al-  
tare prostrauit vbi sanctissima eius anima migravit ad dominum. cuius  
corpus beatus Maximinus diuersis conditum aromatis honorifice  
sepeliuit. et post mortem suam iuxta ipsam se precepit sepeliri.  
¶ Pro cernitis nota. profelitus. p felita. p felitum. idē est quod alienus vel  
peregrinus Et dicitur pro quod est procul. et salitus quasi saliens seu veniens  
procul de partibus alienis Sed fastus est adiectum. et idem est quod super-  
bū. Inde fastigium quasi superbia vel celsitudo.

**L** Aurenti dauid magni martyris milesq; fortis Tu im-  
peratoris tribunal Tu manus tortorum cruentas.  
Spreuisti. secutus desiderabilem atq; inanus fortis  
Qui solus potuit regna superare tyrāni crudelis Quisq; san-  
ctus sanguinis prodigos fecit amor milites eius. Dum mo-  
do illum liceat cernere dispendio vite presentis

¶ Istud est aliud canticum. ob honorem et reuerentiā beati Laurēti  
m ij